

DEDICATIO.

Honor, quem optimo Jure vobis deberi existimo. Notum enim est omnibus, quàm singulari Universitatis nostræ Ornamento, Vos hîc degatis: quàm Clementi affectu Professores ejus complectamini: quàm illustri splendore, non tantùm Actus Inaugurales solennes decorare soleatis, sed & Orationum, Disputationum, quandoque & Lectionum Auditoria, præsertim Juridica, frequenti visitatione, constantiq; auscultatione dignemini: Ut non immeritò antiquus ille Honor, quo ante turbulenta belli tempora, hæc Academia florebat, per Vos quodammodo restitutus, & in exprobrationem multorum, qui cum Academici audire velint, nec Professores nec Auditoria nôrunt, à contemptu vindicatus videatur. Hanc insignem Vestram Clementiam, ut & singularem Præfeclorum vestrorum, DN. JOHANNIS LEHMANNI à Les
hens